

- Haecine nutrici sunt reddita seu genetrici
 f. 20. 65 Premia tam dulci? meruerunt haecine, fili,
 Gratia gratuita et sapientia, mater opima?
 Haec de parte tua capient, non altera dona?
 Ista repensa sui cum liba tuentur alumni,
 Laetanturne dolent, gaudent an his mage merent?
 70 Vere causa sui non est hic tripudiandi,
 Nec fuit ista tibi de se sors his redibendi,
 Sed tamen in Domino, patre, prole ac flamine sancto,
 Indubie fido quod iam carismate digno,
 Munere quin largo Deitas pia corrigit ultra,
 75 Quicquid ibi mende potuit humanitus esse,
 Nil quia de proprio nisi menda tenetur; ab illo
 Nato primorum sors haec de parte parentum
 Restitit, haec superest, sed iam modo tempus ad hoc est,
 Preveniente Deo, comitante, sequente benigno,
 80 Arripiatur uti constantia libera libri
 Nunc emendandi, datur hic dum stilla morandi
 Temporis et fandi nec non sata prava putandi,
 Quin evellendi nequam plantaria nostri
 De medio campi: ramnus radicitus orti
 85 Sit procul a nostra areola, quoniam male multi
 Ipsius incauti spinis heu sunt scio puncti,
 Quos tu si nosti vix desinis ora rigari
 f. 20'. Uberibus lacrimis, quoniam quod deterius his
 Noscitur esse malis, deierant sint quod opimis
 90 Pasti deliciis potius, quam sunt ita dumis
 Puncti, sicut eis perhibemus tristibus extis.
 Dic illis igitur, cui credunt quemque fatentur
 Auctorem horum velut utilium fore florum,
 Vitalem pastum quasi spiritibus referentum.

II.

Ulixeo intuitu se regenti, Syrenarum tractus facili impulsu transeunti, adnullanti Charybdin et Scylleos latratus modesta severitate calcanti ac per hoc ideali theoremate cathedralem¹ eptadin² iure tenenti regentique in apotelesmaticen, perfectam scilicet consummationem, plectra Phoebea, domino vere sancto et desiderabili desiderandoque magistro E. A. voto perpete

65 'hecine', von der zweiten Hand verb. in 'hęcine'. 73 Aus 'Indubio' verb. 75 'mende' verb. von der zweiten Hand. 85 'Sic' Hs. 87 'rogari' Hs. (vgl. Aen. IX, 251 'lacrimis . . . ora rigabat').

1) 'cathedralem' Hs. 2) Doch wohl die von Martianus Capella l. VII, §. 738 Kopp, gefeierte heptas, wie auch die folgenden Ausdrücke auf diesen Schriftsteller zu beziehen sein werden, wenigstens hat er den Namen Phaenon für den Planeten Saturn. Bestimmte Parallelstellen fand ich freilich nicht. W.